



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Vrbem ob- rit † obsidione soluta, ac territo in fugam
sidione libe- Bohemo Landgravium ad pacis † leges a
rat. digit. * Stabilire illam videbatur Philippi
Pax. mors, quippe post eum summa rerum ad
 *MCCVIII. Ottonem Saxonem devoluta, cujus viri
Sigefridus bus Sigefridus † (a) acto in exilium Lupol-
Sede potitur. do, sedem suam conscendit.

XVII. * Vix biennium fluxit, & iterum cala-
Otto Cæsar mitas. (b) Otto † qui Pontificis favore
Moguntini imperium nactus, in eum insurgit, & ec-
Land- clesie banno feritur, cujus publicationem
gravium in- Papa Sigefrido Germaniæ Primatei deman-
festat, & dat, nec impunè hoc iræ ministerium exe-
cur. cutus est, quippe Cæsar Sigefrido hostilia
 nunciat. Ingenti exercitu depopulatur
 Thuringiam, Electorem in Erfordia præ-
 venit, & excludit. Ille nullibi tutus ad
 Hermannum Landgravium, qui contra
 Cæsarem pro Papa stetit, fugit. Sed mors
 Ottonis finem malis posuit, ac successoris
 Friderici secundi jussu omnia, quæ iniqui-
 tate belli hactenus ArchiEpiscopatu de-
 cesserant, restituta sunt. Commune il-
 lud in Ottonem odium Sigefridum &
 Landgravium aliquamdiu amicitiam co-
 lere, vel simulare potius coegerat: nec
 enim penitus oblivisci poterant præterito-

Bellum inter rum. In tantum friguscula invaluerant,
Sigefridum ut mortuo Hermanno, ne cum Ludovico
Ludovicū † quidem ejus filio, pio illo S. Elisabethæ
pium Land- Marito res serenæ essent, & cum ei Sige-
gravium. fridus

(a) Serarius in Sigefrido secundo.

(b) Serarius in vita Sigefridi.

fridus indignationem Ecclesie minaretur, ipse gladio suo pugnans * vicina Erfordia * MCCXIX.

depopulabatur, (a) sed à civibus repulsus in Eichsfeldiam copias vertit, ubi arces Harburg & Scharffenstein, unde continuis depraedationibus infestabatur, expugnavit, & demolitus est. Fuit tunc

Ludovicus adhuc juvenis, nec illi, sed consiliariis hoc malum imputabatur. †

Pax Fuldae inita.

Crescentibus belli studiis Fuldenfis & Hirsfeldensis Abbates se interposuerant, quibus auctoribus Fuldae pax inita, quam sibi cordi esse ut probaret Landgravius, ad invitationem Erfurtensium urbem hactenus suspectam, ideò nunquam sibi visam

* ingressus est, ac à Senatu, populoque * MCCXX eà Magnificentia exceptus, quàm vicinum XII.

Principem decuit. Et quoniam eodem

Fratres

adhuc anno (b) Fratres † Minores ordinis

minores or-

S. Francisci, qui tamen jam aliquot annis

dinis S. Frã-

habitarant in suburbio, in ipsam civitatem

cisci Erfor-

recepti sunt, haud dubiè pii Ludovici,

die mona-

magni istius ordinis patroni, intercessio-

sterium ac-

ne factum est; locum Vicedomini de Ap-

cipiunt.

polda juxta Geræ dexteram gratuito con-

* MCCXX

cesserunt, hinc nomen fundatorum nacti. XIII.

* (c) Anno sequenti coenobium † Fratrum

Sicut & Au-

eremitarum, S. Augustini extrui cœpit.

gustiniani.

Stabilis igitur cum Ludovico pax, non

item

(a) Rivander in Chron. Thuring. hoc anno.

(b) MS. Chron. Bibliot. Cæs. Vindobonensis, & MS. Chron. Erfurt.

(c) MS. chron. Bibliot. cæs. Vindobon.

Disidia cū item cum fratre † ejus Conrado, qui cum
Conrado Friderici Cæsaris filiam Agnetem uxorem
Lādgravio. haberet, nihil sibi impunè non licere ratus
 refractarios Provinciae Abbates, (a) Rein-
 hartborneasem præcipuè suam in protec-
 ctionem recepit, continuò Archiepiscopus
 patus in Thuringia reliquias, & in Hassia
 præsertim laceffivit. Donec & is conjugii
 mortuâ cum vitæ genere animum muta-
 ret, atque ordini Teutonico (b) sese addi-
 ceret, cujus postea supremum magistrum
 um in Borussia nactus est. Idem Parochus
 ale templum † S. ~~Jacobi~~, atque vicinam
 ei Teutonicam domum erexit. Archiprae-
 sul † postea erfurti moritur, (c) de cujus
 cineribus collegiatae ecclesiae hodiè con-
 tendunt, nullis monumenti reliquiis
 tem dirimentibus.

Templum S.
Nicolai ~~Jacobi~~ ex-
 struitur.
Sigefridus
moritur Er-
furti & ibi
sepelitur.

XVIII.

Historia de Narratur hujus temporis quædam histo-
Ludovico ria, † (d) cujus fidem, nisi constans à ma-
comite in joribus accepta narratio, ipsa etiam mo-
Gleichen, numenta confirmarent, vix ullus admitti-
qui duas u- teret. Saracenorum in Oriente insolentia
xores habu- vires Occidentis provocaverat: colligun-
isse dicitur. tur à Friderico Cæsare copiae militares.

(a) Rivander ad annum MCCXXXII. & Chronica alia
 Thuring. ubi tamen incredibiles nugae admiscunt.

(b) Rivander ad annum MCCXLI.

(c) Serarius in hoc Sigefrido, & MS. Chron. Petr.

(d) chronica Thuringiae hoc anno. Griesheim Archie-
 satrapa Eichsfeldiae peculiarem hujus historiae narratio-
 nem in spem liberationis edidit, dum à Suecis in Cyriaciburgo cap-
 tivus teneretur.